

Hermann Becker

**Qvadragesimalia Evangelica, Passionis Dominicae Recordationi Sacra Pie
Devoteqve Colenda, Praemissis Meditationibvs, De Licitu Admissione Poenae
Criminalis Cargeris Cvm Carena, In Foris Protestantivm Non Obstante Prima Eivs
Origine, Civibvs Academicis Pro Officii Ratione Commendat**

Rostochii: Litteris Adlerianis, [1759?]

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839061405>

Druck Freier  Zugang



stat
150
Volume
.1760.

h
16



Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

[https://purl.uni-rostock.de
rosdok/ppn1839061405/phys_0001](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839061405/phys_0001)

DFG

zala ME
05. Aug. 1999

● entsäuert

Arborth.
2986

41
42
QVADRAGESIMALIA
EVANGELICA,

PASSIONIS DOMINICAE RECORDATIONI SACRA
PIE DEVOTEQUE
COLEND^A,

PRAEMISSIS MEDITATIONIBVS,

DE

LICITA ADMISSIONE
POENAE CRIMINALIS CARGERIS
CVM CARENA,
IN FORIS PROTESTANTIVM
NON OBSTANTE PRIMA
EIVS ORIGINE,

CIVIBVS ACADEMICIS
PRO OFFICII RATIONE
COMMENDAT,

HERMANNVS BECKER,
L. L. DOCT. ET INST. P. P. O. SENAT.
ACAD. P. T. RECTOR.



ROSTOCHII,
LITTERIS ADLERIANIS.

1769 F

57

ALBANIUS BECKER



Quadragesimales meditationes, quas ratio officii per currens semestre in academia mihi demandati a me exigit, in memoriam revocant verba Illustris quondam in academia Hallensi ac celebratissimi Antecessoris iam b. Domini Bohmeri, Icti famigeratissimi, qui in iur. ecclesiast. protest. Tom. 3. lib. 3. tit. 46. §. 43 p. m. 926, sequenti modo sese exprimit: „Et cum tertio praxis criminalis hodierna ex iure canonico efformata sit, non adeo demirandum, delinquentibus etiam quandoque carceris poenam, cum tali abstinentiae lege, b. e. mit Wasser und Brod, dictari solvere (vid. Carpzov. in prax. criminal. qu. 133. n. 34. multisque aliis locis) a quo poenae genere protestantes abstinuissent, si natores eius, mindolem et rationem accuratius ponderassent. Quid enim est talis genera aliud, quam poenitentia romanae ecclesiae propria.“ Docet Vir Illustris adl. in antecedentibus paragraphis, ieiunia christianorum ab initio libera, nec ex imperio iniuncta fuisse. Docet apostolos ea haud indixisse. Immo saeculo adhuc 2do christianos libertatem ieiuniorum defendisse probat ex Tertulliani proprio testimonio. Multo minus ieiunia quadragesimalia ab apostolico instituto deducenda esse, ex eodem Tertulliano, Agustino, et Socrate ostendit, licet antepaschale ieiunium in eo saeculo, non ex lege tamen, sed sponte suscepit, obstantibus licet Montanistis, commune et publicum fuisse. Pergit, hanc libertatem varias circa ieiunia, ipsamque quadragesimam, produxisse



duxisse sententias, et licet quidam, more Iudaeorum, duos dies ieiunassent, quos stationum dies vocabant, non tamen publicam devotionem, vel cultum hasce stationes denotasse, sed potius privatam ac arbitram *ασυντων*, donec tandem, praeципue per doctrinas Montanistarum quotidie et indies propagatas, in necessitatem abiissent, ac per leges denique abstinentiae, et ieiunia publice inculcata suissent. Ab eo autem tempore originem derivare varias statorum ieiuniorum species, antepalchale nempe, quadragesimale, quatuor temporum, pentecostale, rogationum ieiunium, sicuti et exinde propullulascent sententiae de meritorio, et peccatorum reluitorio opere ieiuniorum. Ex hisce praemissis varias deinde colligit observationes hanc doctrinam illustrantes, inter quas numero quinto sequens occurrit, quod poenitentiae genus fuerit ieiunium et abstinentia in nouiori pontificiorum ecclesia, iis admodum utile et necessarium creditum, qui deliquerunt, et criminosi facti sunt, cum absque poenitentia externa, ex censura eius temporis, peccata remitti non possent. Vnde et in auriculari confessione saepius ieiunia, abstinentiaeque officia confitentibus imponebantur, quia haec meritoria esse, et remissionem peccatorum operari credebant. Ita vero ieiunia et abstinentias veram speciem poenitentiae ecclesiasticae induisse, colligit, et quandoque cum carcere coniungi suevisse, si in clericos, monachos, aliosue, et quidem invitos animadvertisse. Nam et per modum poenae invitisi dictari posse censebantur ieiunia talia, qualia et per modum imperii, et leges necessarias imponere nulli dubitabant pontifices. Ita enim v. c. c. 6. D. 80. clericis, qui tempore obsidionis sanguinem fuderant, hanc poenam, absque tamen incarceratione statuit certis diebus per biennium, quo tam officio, quam communione corporis domini privabantur. Sic presbytero fornicanti c. 5. D. 82. cum poenitentia 10 annorum poenam iniungit, de pane et aqua tribus mensibus privato loco, et cum remotione a reliquis, ad vesperam utenda. Immo et laicis eiusmodi poenam impositam fuisse, docent aliqua loca a Viro Illustri adducta, quando cap. 8. X. de accusat. iis, qui per calumniam quem accusaverant, et occasionem morti dederant, et cap. 2. X. de Sponsa duor. illi, qui alterius sponsam de praesenti in uxorem accepit, eandem iniungit sub nomine carenae, quam denominationem

ex



ex quadragesimae corrupta voce deductam esse, et postea ex contradictione carantinae originem duxisse, testatur *Filesac. de quadrages.* cap. 4. Pergit tunc Vir Illustris, novam hinc plane hanc quadragesimae, extra statam, fuisse speciem, quae in poenitentiam peccatorum imponebatur. immo ita in poenam proprie dictam degenerabat, ut et cardinales, in eligendo pontifice cunctantes, et electores, in denominando imperatore moram nestantes, ex principiis iuris canonici huic iugo subiicerentur. Atque hisce omnibus praemissis addit: *et cum 3) praxis criminalis hodierna ex iure canonico eformata sit, non adeo demirandum, delinquentibus etiam quandoque carceris poenam cum tali abstinentiae lege dictari solere.*

Ex historia, et antiquitatibus ecclesiasticis haec omnia solide atque erudite deducta, et non omni probabilitatis gradu destituta esse, quae Vir Illustris de hoc genere poenae, eiusque primis natalibus scribit, libens lubensque quidem concedo. An autem exinde sufficienti cum ratione colligi possit conclusio, quam tanquam conjectarium exinde colligere studet, quod protestantes, si natales eius, indolem, ac rationem accuratius ponderascent, merito ab hoc poenae genere abstinerere debuissent, est, quod non absque fundata ratione in dubium adhuc vocari posse, censeo. Ex romana enim quidem ecclesia originem ducere hoc genus poenae, ac leges et consuetudines pontificiorum, principiis suae religionis superstructas, materiam primam, si ita dicere fas sit, praebuisse criminalistis ad determinandam hanc vindictae criminalis speciem, minimo nego. Sed quid inde? et an ex hac origine abominandum aliquid in hoc poenae genere, et principiis religionis protestantium per se contrarium fluit? Meo qualiquali iudicio, quod licet iudicem, quam sit exiguum, dico quod non. Omnia enim recte perpendens nego adhuc, carenam hanc rationae ecclesiae ad coercendos delinquentes usurpatam, postquam etiam poenae qualitatem accepit, et contra invitatos adhibebatur, cumque carcere coniungebatur, statim veram fuisse poenam vindicativam, qualiter natura ecclesiae, tanquam societatis aequalis, proprie non admittit. Tanquam poena potius medicinalis sub initio, et tanquam censuræ genus, ad disciplinam spectans ecclesiasticam, consideranda manet,



qualem disciplinam qualitas et conditio primitivae ecclesiae iam olim
 exigebat, conf. *Keuffel in element. iurispr. ecclesiast. univers. lib. 4.*
cap. 3. §. 6. et 7., cuiusque adhuc hodie adapplicationem propter varia
 mala christianismo noxia, quae tamen in magistratus inquisitionem
 non veniunt, strenue defendit, atque commendat *ICtus Pii* no-
 mine vocatus, celeb. *Brunnem. in iur. ecclesiast. lib. I. cap. 6. membr. 9.*
§. 2. Immo licet etiam concedam, hanc primituam mere medicinalem
 poenam ex spuriis hierarchiae, et imperii ecclesiastici principiis postea in vindicativam, praeципue ex eo fundamento, quia re-
 missionem peccatorum nullam absque externa poenitentia admittebant
 pontificii, degenerasle, hinc carcerem cum carena nihil aliud esse,
 quam poenitentiam romanae ecclesiae propriam; tamen minime gen-
 tium exinde deduci potest sententia, de abominando inter protestan-
 tes, et evitando in praxi criminali hoc poenae genere. Spuriam et
 minime laudandam habere potest institutum quoddam originem, quod ta-
 men moderata ratione absque vitio et iniuria a prudente ad bonum finem
 adhibetur iudice. Dignae sunt meditationes, quas in simili fere casu,
 de legatis ad pias caussas privilegiatis, adducit *ICtus Perillustr. Cramer*
in specim. XI. usus philosoph. Wolff. in iure §. 7. quae hic a me verbo
 tenus recitentur. Ipsa enim haec legatorum ad pias caussas ex iure
 canonico satis nota privilegia presupponere institutum romanae ec-
 clesiae haut satis purum, constat. Sed hac origine non obstante de
 iis iudicat *Vir Celeberrimus l. c. sequentia.* „*Sit denique quod ad spu-*
riam originem natales suos referant dispositiones ad pias caussas. Mi-
nime sequitur, quocunque negotium ad spuriam originem natales suos
preferat, illud privilegio indignum. Do instantiam: Annui redditus orti
sunt in fraudem usurarum prohibitive, et ad palliandam usur-
riam pravitatem. Nonne vero ab usuris differunt ratione prioritatis
in concursu creditorum? quandoquidem in prima classe locantur Fi-
deicommissa itidem in fraudem legis orta. Olim enim per eadem i: pune
billudere liebat legi Voconiae. dum heres extra testamentum secreto jer-
mone rogabatur, ut hereditatem restitueret incapaci. Nihilominus
imperator ait. §. I. Inst. de fideic. hered. tantum eorum favorem factum
fuisse, ut paulatim etiam praetor proprius crearetur, qui de fideicom-
missis ius diceret, quem fideicommissarium appellabant. Probe nimirus
per



„perspexit C. Trebatius Testa, cuius consilio ea in re usus Augustus, fidei-
„commissa retineri posse, et si nulla fraus in leges committatur, modo dari
„tantum possint his, quibus legari licet, adeoque capacibus. Quodsi esset,
„iustum populareque esset, fideicommissa tueri, ut ait imperator: c. l. cui
„consonum illud Senecae: religiosus homo, sanctusque tueri debet fidei-
„commissa. Quid? quod generalius adhuc agnovit ICtus, quae malam
„originem habent, ad bonum finem adhiberi posse, sique ob malam suam
„originem reiicienda non esse. Quod idem est cum eo, quod dicit philo-
„sophus (§. 679. sch. T.N. T. I.) malo utendum esse tanquam medio con-
„sequendi bonum finem: evidentissimeque comprobat, malum ideo non
„s fieri, ut inde eveniant bona. Ipse Deus malis physicis et moralibus in
„hoc mundo utitur ad consequendos fines bonos intentos (ibid. §. 680.)
„dum nempe eadem tandem dirigit ad manifestationem gloriae suae (§. 681.
„ibid.) Cur non ergo ipsum legislator humanus imitari posset, utendo
„malis (si talia sint) velut legatis et testamentis ad pias causas, tan-
„quam mediis ad consequendum bonum finem.“ Adplicemus quaeſo
eandem concludendi vim ad poenam carceris cum carena, in foro cri-
minali protestantium obviam, et identitas argumentorum ac rationum
clare manebit. Finis enim poenarum criminalium duplex est, et lex
in criminibus vindicandis primario intendit civitatis, huiusque mem-
brorum securitatem, secundario autem simul, ut vel criminosi animus
emendetur, vel alii ab eiusmodi criminibus arceantur. Eng. elem.
iur. crim. lib. I. §. 60. Quando itaque finis primarius obtineri non
potest, absque remotione totali eiusmodi criminosi, aut ex tota hu-
mana societate, aut ad minimum ex ea civitate, cui haec tenus nomen
dedit, emendationis ipsius delinquentis curam in determinanda poe-
na iudex quidem non habet, ad solum finem primarium respiciens.
Quoties autem finis ille primarius simul cum utroque secundario per
certum poenae genus obtineri potest, prudentis quoque atque sagacis
iudicis est, talem vindictae speciem eligere, quae cum terrore aliis
incusso, emendat quidem delinquentem, sed eum emendatum simul
servat futurum reipublicae utilem civem, et idoneum, qui in negotiis
civitatis curandis adhibeatur. Emendatio autem haec delinquentis,
testante ipsa quotidiana observantia, optima semper et leviori via obtine-
tur, si per genus poenae impositum praescindantur delinquenti in-
citamen.



citamentia, quae ei ulterius in eodem criminum genere delinquendi porrigunt motiva, quorum itaque extirpationem non in aliis solum, exemplo puniti edocet, sed in ipso quoque delinquente, curare debet iudex in eligendo, ac determinando poenae genere, huncque in primis in finem remedium eligendum dirigere. Iam autem, sicuti in genere crimina ex indomitis adfectibus originem ducunt, ita datur quoque speciatim varia criminum genera, quorum prima scaterrigo ex voluptate, et inordinato hominum sanguine, deducenda manet. Praescindas hinc eiusmodi delinquenti, in quo non omnis spes emendationis amissi, occasionem adfectibus suis, et voluptati inordinatae indulgendi, deme illi incitamenta indolentiae, et optimum atque promissimum habebis remedium eum emendandi, quo maiores cruciatus per hasce restrictiones patiuntur effrenati eius haec tenus mores. Frustra forsitan hoc poenarum genere domare intendis colerum, qui gloriam atque honorem praecipue ambit, quod tamen sanguineum et mollem criminosum ut plurimum magis magisque meliorum reddit. Inter causas iustas, et haut reprehendendas ieuniorum, quas ipse Vir Celeb. b. Bohmerus in suo iur. eccl. prot. c. l. §. 4. adlegat, et sub numero 7mo refert, quod affligendae ac domandae carnis gratia ieunium commendari soleat, sicuti ex Spenero Tom. 2. cons theor. germ. cap. 3. art. 1. setz. 2. p. 5. probat. Immo hunc in in finem et olim ecclesiastica ieunia instituta fuisse, ex Timothei Alexandrini resp. canon. inter 8 apud Harduinum: T. 1. concil. p. 1194. Conc. Colon. 1. de anno 1536. p. 9. c. 2. apud eundem T. 9. p. 2014. ac denique Concil. Senon. de anno 1528 c. 7. apud eund. c. l. p. 1938 docet. Quare nec ergo poena carceris durioris, in quo reus pane tantum et aqua pascitur, posset iusto quodam ex fundamento, absque haesitatione et vitio, immo absque omni reflexione ad primam originem, ex poenitentia romanae ecclesiae, iam corruptae, propria, et inter protestantes retineri. Nullum profecto sufficiens et adaequatum abrogandi hoc genus poenarum, in foro protestantium criminali, perspicio fundamentum. Rationes potius illud conservandi atque retinendi satis fundatae, sese offerunt cuilibet huius materiae absque praeconcepta opinione religionum impartiali scrutatori.

Sed



Sed non poenalia sunt ieunia, quae inter pontificios hisce temporibus, in memoriam passionis salvatoris nostri, et olim celebra- bantur, et hodie coluntur, sed devotionis et humilitatis erga Deum declarandae, et poenitentiae ob peccata admissa agendae causa publice adhibentur, quorumque culturam, an et quatenus per leges publicas in ecclesia et sacris quoque protestantium a principe publice imperari possit, iam alio tempore, in programmata quadragesimali anno 1753, quo secunda vice falsces mihi demendabantur rectorales, pro modulo ingenii et profectuum expo- nere conatus sum. Iam tune temporis in eo programmata adduxi, veneranda ac submissa pietate celebrandum et protestantibus manere hocce tempus, quo immensus summi numinis amor ad placandam iram divinam, iustissimis ex caussis contra creaturas peringratas ex citatam, ne filio suo pepercit unigenito, in certissimam tesseram, de remissio propter hoc moestissimum nostri redemptoris supplicium, onere inextricabili peccatorum generis humani, si modo fide salvifica am- plectantur cornua altaris huius immaculati, et irreprehensibilis sacri- ficii. Admonui, cessare quidem in sacris protestantium ieunium il- lud meritorium papale, quo contra primaevam christianorum liberta- tem membris ecclesiae pontificiae iniustum imponitur iugum. Sed non cessare verorum ac infucatorum christianorum officium, debita ac intima animi devotione celebrandi hocce divinae gratiae signum. Manere ac permanere omnium fidelium obligationem, ad removenda impedimenta, quae animum retrahere, et segnem ac torpem red- dere possunt, in hoc officio devote et pie colendo. Occurrunt mihi, haec iterum meditanti, loca a celeberr. et Illustr. Boehmero in iur. eccl. prot. et quidem in tit. de observantia ieuniorum, ex Dallaeo Cle- rico et Spenero adlegata, quae magis adhuc hasce meditationes excitant. Ita enim iste in tr. de ieun. et quadrag. sermonem facit: „nulla cultus
„divini pars ieunio proprie quidem, ac per se constat; eo tamen pietas
„iuatur, suamque vim aut explicat, aut certe confirmat et intendit. Ille
autem in comment. ad II. ephemerid. XX. 3. mentem sequenti modo
exponit. „Deo quidem gratiore non sunt religiosorum preces, postquam
„cibum necessarium sunferunt, quam quando ieuni sunt. Sed ieunio
„primo impediuntur omnes cibi potusque abusus, tempore, quo est im-
„plo-



xpolorandum auxilium divinum, prout necesse est, ut pio animo fundatur preces: deinde eo modo plebs fit attentior ad id, quod agitur, magisque commovetur, qua ratione sui officii melius admonetur, ac religiosior fit. Ieiunium idem praefstat, quod coetera, quae ad corpus pertinent, qualia sunt genitlectere, ad templum orandi causa se conferre, et similia; quae omnia homines magis commonefaciunt et percellunt quam nisi, quicquid ad cultum divinum pertinet, intra animum, quem solum tamen Deus spectat, perageretur.^a Denique hic int. 2. cons theol. germ. c. 3. art. 4 s. 26. p. 472. ita animi sententiam exponit: Das Fasten betreffend, halte ich es bey denen meistern Naturen für eine sehr nützliche Uebung, bey einigen mag es auch zu weilen gar nothig seyn. Jedoch nicht als ein Gottesdienst an sich selbst, denn Gott dem Herrn weder am Essen noch Fasten lieget, daher in diesem keine besondere Heiligkeit stecket, sondern als ein Beförderungsmittel der Betrachtung, Gebets, Bähmung seines eigenen Fleisches, und Begierden. • • • Hat man also das Fasten meines Erachtens anzusehen 1) als wie eine nicht blosserdings oder allezeit nothige Sache, s. Matth. 9, 13. wie es auch nirgends ausdrücklich befohlen ist. 2) Gehöret es hingegen unter die Mitteldinge, welche ein äußerlich Beförderungsmittel seyn können.^b Corroborantur per adducta ea, quae in cit. progr. de admissibilitate, natura et qualitate ieiuniorum publicorum legalium in sacris quoque evangelicorum exponere conatus sum. Officium denuo mihi demandatum rectorale pro hac vice iterum exigit a me publicam civium academicorum adhortationem, de sacris passionibus pie ac devote celebrandis. Recurrunt itaque in mentem eadem meditationes. Adeit iterum tempus, quod in animum merito revocat immensam summi numinis clementiam, qua ne filio suo unigenito pepereit ad redimendum genus humanum ex catenis peccatorum et perpetuae condemnationis. Miramur merito, ac submissa devotione miramur, hunc maximi amoris gradum. Sed et officium nostrum exigit cultum solemnem, quo benignitatem hanc clementissimam altissimi, maximumque salvatoris nostri beneficium pie celebretur in conventibus ecclesiasticis hunc in finem institutis. Laudemus itaque C. O. O. H. laudemus coniunctis viribus nomen Dei cantico, et magnificemus eum, qui immensa in nos

nos plane indignos clementissime cumulavit beneficia , gratiarum
 actione , bene memores pronuntiationis Davidicae in Psalm. XCII, 2,
 Bonum est celebrare Iohovam , et psallere nomini tuo , o excelle , an-
 nunciare unoquoque mane benignitatem tuam , et fidem tuam quibus-
 que noctibus . Quo maius specimen gratiae divinae erga mortales
 peccatores prodit passio dominica , eo maiori affectu nos impellere
 debet ad pie devoteque precibus et gratiarum actione hoc festum an-
 niversarium celebrandum , et removenda ea , quae in cultu hoc divino
 remoras nobis obiicere possunt . Finem ponere possum optimum
 hisce meditationibus referendo pias illas adhortationes , quas habet D.
 Eduard Young in seinen Nachtgedanken quando sequenti modo
 mentem exprimit in der vierten Nacht : „Sie sangen : die Erstge-
 bohrnen des Aethers , die hohen Einwohner derer Gefilde des Lichts :
 sie sangen die Schöpfung , o wie wuchs das Kind der Liebe unter
 ihren frohen Melodeyen empor ! Das grosse Werk , welchem die
 Schöpfung weichen muß , dieses , o Mensch , ist dein , dein ist die
 Erlösung . Sie haben dir nur den Ton angestimmt . Dein ist
 es , den Gesang zu erheben und zu verewigen ; den menschlichen
 und doch göttlichen Gesang ; denn sollte nicht dieses den Menschen
 über den Menschen heben , und schon hienieden Seraphim entzün-
 den ? Die Erlösung ! Das war eine höhere Schöpfung ; die Er-
 lösung ! Das war eine schwere Geburt des Himmels ; noch weit
 mehr , als eine Geburt ; — es war ein Tod im Himmel . Eine
 so seltsame Wahrheit ! Das es kühn seyn würde , sie für wahr zu
 halten , wenn es nicht weit kühner wäre , sie nicht zu glauben . Hier
 stehe still , und dencce nach . War da ein Tod im Himmel ? Was
 denn auf der Erde ? Auf der Erde , welche den Streich gab ? Wer
 gab ihn ? Wer ? — O wie sehr wird der Mensch vergrößert , so
 bald wir ihn durch dieses Mittel betrachten ! Zu welcher Höhe streckt
 das Pygmäen Geschlecht sein stolzes Haupt empor ! Welch ein
 Gewicht giebt dieses seinem Ursprung vom Staube ! Wie völlig
 ist dadurch seine weite Entfernung von den en Wolcken aufgehoben .
 Wie nahe drängt er sich nicht an den Flügel des Seraphs ! Wer
 ist der Seraph ? Wer der Erdenkloß ? Wie klar zeigt nicht dieses ,
 durch den dicksten Nebel vom Staub und Sünde , den Sohn des
 Himmels !



Himmels ! den zwiefachen Sohn ; den geschaffenen und den ungeschaffenen Sohn ! und soll denn des Himmels doppeltes Eigenthum verloren seyn ? Nichts als des Menschen doppelte Naserey kann es vernichten. Dem Menschen hat das blutende Kreuz alles verheissen ; ihm hat das blutende Kreuz ewige Gnade zugeschworen ; der uns sein Leben gab, welche Gnade wird der uns versagen ? O ihr, die ihr von diesem Felsen der Ewigkeiten euch Unmuthsvoll in die Tiefe hinabstürzet ! welche eine herzerquickende Freude, welch ein kräftiger Trost ist es nicht, bey allen brausenden Sturmen, unter allen tobenden Wogen, den Herrn des Ungewitters zum Freunde zu haben ! Dort haltet euch fest an, und lacht unter den Trümmern der scheiternden Natur ; da schnöde Abtrünnige in einer Windstille zittern.



P. P.

S V B S I G I L L O A C A D E M I C O I P S A F E R I A
Q V I N Q V A G E S I M A A. O. R. M D C C L I X.





Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

[https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1839061405/phys_0018](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839061405/phys_0018)






[https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1839061405/phys_0019](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839061405/phys_0019)



Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

[https://purl.uni-rostock.de
rosdok/ppn1839061405/phys_0020](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839061405/phys_0020)





corrupta voce deduc̄tam esse, et postea ex contra-
e originem duxisse, testatur *Filefac. de quadrages.*
ac Vir Illustris, novam hinc plane hanc quadragesi-
m, fuisse speciem, quae in poenitentiam peccatorum
imo ita in poenam proprie dictam degenerabat, ut
eligendo pontifice cunctantes, et electores, in de-
oratore moram neclentes, ex principiis iuris cano-
biicerentur. Atque hisce omnibus praemissis addit:
is criminalis hodierna ex iure canonico eformata sit,
idum, delinquentibus etiam quandoque carceris poenam
iae lege dictari solere.

, et antiquitatibus ecclesiasticis haec omnia solide at-
cla, et non omni probabilitatis gradu destituta esse,
de hoc genere poenae, eiusque primis natalibus scri-
sque quidem concedo. An autem exinde sufficienti-
gi possit conclusio, quam tanquam consecutarium ex-
iudet, quod protestantes, si natales eius, indolem,
uratus ponderascent, merito ab hoc poenae genere
ent, est, quod non absque fundata ratione in dubium
sse, censeo. Ex romana enim quidem ecclesia ori-
genus poenae, ac leges et consuetudines pontifi-
ciis suae religionis superstratas, materiam primam, si
praebuisse criminalistis ad determinandam hanc vin-
speciem, minimo nego. Sed quid inde? et an ex-
minandum aliquid in hoc poenae genere, et princi-
potestantium per se contrarium fluit? Meo qualiquali
licet iudicem, quam sit exiguum, dico quod non.
Te perpendens nego adhuc, carenam hanc romanam
cendos delinquentes usitatam, postquam etiam poenae
pit, et contra invitatos adhibebatur, cumque carcere
statim veram fuisse poenam vindicativam, quem
, tanquam societatis aequalis, proprie non admittit.
a potius medicinalis sub initio, et tanquam censurae
plinam spectans ecclesiasticam, consideranda manet,

A 3

qua-